

cere denuntiare domino vicario protectori et notario malefitorum secundum formam statutorum, ac etiam omnes vaictas sive postas de nocte et custodes, et omnes capitanos et super-
62 B vardas ad // minus bis in nocte perquirere, si sunt ad eorum
custodias ac custodes nocturnos,¹⁾ et quos invenerint deficere 5
sequenti die denuntiare, ut supra dictum est. ¶ Item omni
septimana semel ad minus ire debeat cum uno ex iudicibus
civitatis Tergesti vel per se ad temptandum et inquirendum
custodias castrorum civitatis Tergesti, scilicet castrorum de
Mucho et de Moncolano, et quos non invenerint, tam capitanos 10
quam alios, dominio denuntiare, ut supra dictum est. ¶ Item
perquirere portantes arma contra formam statutorum. ¶ Item
euntes de nocte sine lumine, et si invenerit aliquos suspectos
sibi, tam cum lumine quam sine lumine, si sibi placuerit eis
precepta facere, de stando et confinando eos ad domum ten- 15
pore noctis et recipiendo penas et securitates ab eisdem, et
quod quidquid²⁾ per ipsum factum fuerit in predictis sit fir-
mum; quos tales sic inventos de nocte contra formam statuto-
rum dominio Tergesti denuntiare, et precepta sibi facta, et de
predictis sibi fides plenaria adhibeatur. ¶ Item perquirere om- 20
nes proicientes aquam inmondam de alto vel de plano contra
formam statuti, et eos quos invenerit denuntiare, et sibi fides
adhibeatur cum sacramento et habeat medietatem condemp-
nationum ipsius talis persone proitientis aquam inmunda[m]
condempnate. ¶ Item perquirere quaslibet personas tenentes 25
letamen vel vinaciam ante domos eorum habitationum vel in
viis publicis vel consortium, et eas sic inventas accusare sacra-
mento, et eis vel alteri ipsorum fides plenarie adhibeatur et
habeant medietatem condempnationum factarum de predictis
occasione suarum accusationum. ¶ Item perquirere pondera 30
et mensuras cuiuscunque condicionis a mercatoribus et aliis
personis habitantibus in civitate Tergesti, et bis omni mense
63 A cum iustitiariis ad minus ire per stationes mercatorum // Ter-
gesti, et providere de omnibus mercimoniis piperati³⁾ zaferani
candellarum cire et de sepo et aliarum rerum et de pondere 35

¹⁾ nocturnas. ²⁾ quid. ³⁾ piperato.